



---

## Yale University Library Digital Collections

<b>Title</b>	[Plate: Levels (Engineering instruments)]
<b>Rights</b>	The use of this image may be subject to the copyright law of the United States (Title 17, United States Code) or to site license or other rights management terms and conditions. The person using the image is liable for any infringement.
<b>Generated</b>	2021-02-23 05:48:03 UTC
<b>Terms of Use</b>	<a href="https://guides.library.yale.edu/about/policies/access">https://guides.library.yale.edu/about/policies/access</a>
<b>View in DL</b>	<a href="https://collections.library.yale.edu/catalog/2068706">https://collections.library.yale.edu/catalog/2068706</a>

---


lubrem, Nō etiam minus ipsa aqua, quæ erit in fonte, si fuerit limpida & per lucida, & quocūq; puenerit aut pfluxerit, si muscus nō nascet, neq; iuncus, neq; inquinatus ab aliquo iquinamēto is locus fuerit, sed puram habuerit speciem, inuenerit his signis esse tenuis & in summa salubritate.

De perductionibus & librationibus aquarum & instrumentis ad hunc usum. Caput. VI.

Nunc de perductionibus ad habitatiōes mœniaq; ut fieri oporteat explicabo, cuius rō est prima plibratio, Libratur autē dioptris, aut libris aquariis, aut chorobate, sed diligentius efficitur p chorobate, q; dioptræ libræq; fallunt, Chorobates autē est regula longa circiter pedū uiginti, ea habet ancones in capitibus extremis eqli modo pfectos inq; regule capitibus ad normā coagmentatos, & inter regulam & ancones a cardinibus cōpacta transversaria, q; habēt lineas ad perpendicularū recte descriptas, pendentiaq; ex regula perpēdicula in singulis partibus singula, quæ cum regula fuerit collocata eaq; tā gēt æque ac pariter lineas descriptiōis, idicabunt libratam collocationem.

a. chorobates

b. libra aq̄ria  
c. dioptra



Sin autem uentus interpellauerit, & motionibus lineæ non potuerint certā significationem facere, tunc habeat in superiore parte canalem lōgum pedes quinq;